

for? Quidam enim dicunt cognosci ex nomine; si enim compromittitur in aliquem tanquam in arbitrum, dicitur arbitri; si vero tanquam in arbitrator, dicitur arbitrator. Sic Innoc. c. Quintavallis, num. 6. de iurjurand. hanc. l. si Societatem, §. arbitrorum, num. 12. ff. de arbitris. Sed melius Abbas dicit c. Quintavallis, num. 7. Sylvest. verb. arbitri quest. 3. Greg. Lop. lib. 23. verbo, que lex opus, tit. 4. part. 3. dicitur non ex nominis diversitate, quod scilicet hanc nomina confunduntur, sed potius ex modo assumendi, & potestate eis tradita dignosci, quod & illa lex aperte indicat.

54 Secundo ducitur, neminem posse esse arbitrum in propria causa, nisi concurret licentia superioris, & utilitas monasterii. Huius autem concurrentibus potest, quia arbitri eliguntur quasi Iudex, & ut procedat iuris ordinem servato. Et in facto proprio nemo potest esse Iudex, quia nemo potest sibi ipsi imperare. At arbitrator eligitur, ut amicabilem componat, ut procedat extra iudicium, & partes componat, quod non repugnat in facto proprio. Sic Abbas eo c. Quintavallis, num. 7. & Sylvest. verb. arbitri quest. 2. differentia 3. & omnino videndus Abbas usque ad num. 12. & Sylvest. tota eo quest. 1. & reliqui Summis, qui alias differentias inter arbitrum, & arbitratores explicant.

55 His præmissis sit prima conclusio, Religiosus non potest esse arbiter, nisi concurret licentia superioris, & utilitas monasterii. Huius autem concurrentibus potest, quia arbitri est vere Iudex at religiosus non debet esse acceptator forensium negotiorum, & monachi, et c. de presertim, 16. q. 1. Item quia eo c. monachi, et c. 2. de postulando, dicitur, ne monachi sint susceptorum, & executores absque licentia Abbatis, & utilitate monasterii. Nominis autem executorum, & susceptorum, Joan. Andr. eo cap. 2. num. 2. et ibi Hostiensis, num. 1. in fine Abbas, num. 3. Anton. num. 3. Carolo. num. unico quest. 2. Anchar. num. 1. dicitur intelligi omnia officia iudicialia. Cum ergo officium arbitri iudiciale sit, non licet religiosus, nisi ea duplici conditione concurrente, Atque ita docent Speculator tit. de arbitro, et arbitratoribus, §. sequitur de quibusdam, num. 29. Hostiensis Summa, tit. de arbitris, nu. 4. in fine Anton. c. Quintavallis, num. 38. differentia 9. de iurjur. et ibi Abbas, num. 13. Imol. nu. 28. Alex. de Nevo, nu. 107. Card. Clem. 2. quest. 21. n. 21. de rescriptis, ibi Imola, nu. 26. Decius conf. 499. nu. 1. vol. 4. Anton. Blanchus de compromissis, in quest. 4. principali quest. 2. nu. 5. Lanfrancus de Oriano de arbitris part. 2. in principio num. 6. uterque habetur como 3. tract. part. 1. Refulla verbo, arbitri n. 2. et ibi Angelus de Clavaulis, nu. 5. Taberna q. 7. nu. 10. Armilla n. 12. Fulvius Pacianus conf. 162. nu. 188. & hoc aperte sentiunt Baldus l. Padius, 7. ad finem ff. de arbitris et l. si qui ex consensu §. n. 5. c. de Episcopali audientia. Angel. insir. de exceptionibus, §. preterea nu. 16. dum ajunt religiosum non potest esse arbitrum, bene tamen arbitratorum de licentia superioris, quasi sentiant, non satis esse licentiam superioris, ut religiosus sit arbiter, sed utilitatem quoque monasterii desiderari.

56 Qualis autem debeat esse hæc monasterii utilitas, satis dixi, num. 16. et 17. ubi etiam dixi, facta esse utilitatem, quæ sequitur ex eo, quod id officium præstetur pro amico monasterii; & docet Imol. ea Clem. 2. num. 26. et Antonius Blanchus, nu. præced. allegatus. Dicunt tamen Antonius, nu. præced. allegatus, et Joannes Andr. addit ad Speculatorem, tit. de arbitro, et arbitratoribus, §. sequitur num. 29. verb. utilitas, sufficere aequaliter expedire monasterio. Sed hoc non credo, quia res est valde gravis; & ideo strictius loquuntur Doctores de hac utilitate, ut vidimus, num. 17. Qualis autem licentia requiratur, et cuius superioris, nihil de novo dicendum est; sed eadem proflus dicenda, quæ dixi de officio advocati, & procuratoris in hoc c. n. nu. 5. usque ad 10.

57 Potest autem religiosus factus Episcopus esse arbiter, quod a religiosis regulis eximat, nec ea omnia sibi interdiciantur, quæ religiosis intra claustrum dependentibus interdicienda sunt. Atque ita docent Baldus l. si qui ex consensu §. n. 7. c. de Episcopali audientia Albericus l. non distinguemus, §. Sacerdoti, n. 8. in fine ff. de arbitris Bertrand. conf. 3. n. ult. vol. 1. in priori parte. Lanfrancus de Oriano de arbitris, part. 2. in priore. n. 4. Antonius Blanchus de compromissis, in q. 4. principali, §. 2. n. 6. (uterque habetur como 3. tract. p. 1.) Immo, & monachi simplices habentes aliquam administrationem, aut aliquem Prioratum, possunt esse arbitri, & arbitratores absque Abbatis licentia; quia tunc sunt quasi emancipati a suo Abbate. Ita Fulvius Pacianus conf. 162. et 182. vol. 1. & alii, quos refert ibidem.

58 Similiter superior religionis nulla indiget licentia, ut arbiter sit, quia cum ipse suis subditis eam licentiam dare possit, potest quoque ea uti. Atque ita docent Glossa c. de presertim, verbo deservit. 16. quest. 1. Anchar. conf. 443. n. 6. in fine Abb. cap. 2. num. 4. de postulando. Lanfrancus de Oriano allegatus, num. præced. et Fulvius Pacianus conf. 162. a num. 175. usque ad 180. num. 2. Et in simili dixi num. 18. de officio procuratoris, & advocati, quod quidem intelligendum est cum duplici limitatione ibi tradita. Prior est, ut concurrat utilitas monasterii; posterior, ut non sit religio, in qua exigatur licentia supremi religionis Prælati.

59 De novitiis autem religionis quidam sentiunt, eis quoque interdici hoc munus, nisi ex superioris licentia, & utilitate monasterii. Ducuntur, quia facti ascendunt officio, & alius que religio interdicitur, censetur a novitiatu recedere. Atque ita tradunt Dominicus c. beneficii in fine de regul. in 6. & allegato Paulo Francus ibi num. 7. Thiraquel. de Reractis hominibus, §. 1. glof. 8. num. 23. Anton. Cœcus lib. 3. insir. moral. tom. 1. num. 95. Lelius Zaccarius de Reg. ecclesiastica tit. de regularibus cap. 3. num. 10. Sed iure optimo discedit hac sententia Antonius Francus relato Vincenzio Pasolo in addit. ad Abbatis, c. Quintavallis, num. 13. verb. an monach. de iurjurand. & diximus de officio advocati, & procuratoris num. 2. At facti ibi dixi, religiosi Societatis JESU, qui vix bienni emittunt, comprehendunt in prohibitione officii advocati, & procuratoris, dicendum quoque est ob eandem rationem comprehendunt hac prohibitione. Cuius autem superioris licentia exigatur in Societate JESU, dicemus num. 66.

60 Sed difficultas specialis est de officio arbitratoris, an id interdicitur religio? Quidam censent non interdici, atque adeo nullam licentiam superioris requiri, ut arbitrator sit, quod id munus absque iudicii strepitu exercetur, ac opus pietatis maxime religiosus decessit sit, lites componere, dissensiones evitando. Sic docent Oldradus, et Jacob de Arena relato ab Abbate c. Quintavallis num. 13. de iurjur. Idem docet Antonius ead. c. Quintavallis num. 18. differentia 6. limitans, dummodo non sit nimia occupatio, nec sit frater Franciscanus, de quo posterior limitatione dicemus num. 65.

61 Secunda tamen conclusio fit. Exigitur superioris licentia, quia esse talem executorem est opus pietatis, & tamen exigitur licentia superioris, eo quod religiosus non habeat velle, aut nolle. Ergo cum eadem militet ratio in arbitratoribus, exigitur quoque eadem licentia. Atque ita docent Cynus l. si qui ex consensu §. 1. c. de Episcopali audientia, et ibi Baldus, n. 5. et l. Padius 7. ad finem, ff. de arbitris, Speculator tit. de arbitro, et arbitratoribus, §. sequitur de quibusdam nu. 29. Abbas c. Quintavallis nu. 13. de iurjur. et ibi Imola, nu. 28. Alex. de Nevo, n. 107. Idem Imola Clem. 2. n. 27. de rescriptis, et ibi Card. n. 21. Alex. conf. 180. nu. 1. vol. 5. Albericus l. non distinguemus, §. Sacerdoti, n. 8. ff. de arbitris, Decius conf. 499. n. 1. vol. 4. Cornes conf. 2. n. 7. vol. 2. Anchar. conf. 443. n. 7. Angelus insir. de except. §. preterea, n. 16. Bertrandus conf. 5. n. ult. vol. 1. in priori parte. Decius conf. 40. n. 6. vol. 1. Refulla verbo arbitri n. 2. et ibi Angelus nu. 4. Sylvest. verb. q. 16. n. 4. Taberna q. 7. n. 16. Armilla nu. 12. Fulvius Pacianus conf. 162. n. 206. como 1.

62 Non tamen exigatur, ad munus hoc obendum utilitas monasterii, quia ad convergentia pietatem absque iudicii strepitu, quale est iudicium arbitratoris, satis est superioris licentia. Atque ita docent Abbas, Card. Imola ead. Clem. 2. num. 27. Alex. de Nevo, Refulla, Sylvest. Taberna, Armilla allegati, num. præced. et tenet Fulvius Pacianus, num. 204. & aperte significat Speculator ibi allegatus, dum ad arbitri officium exigit superioris licentiam, & monasterii utilitatem; ad arbitratoris autem officium solius licentia demerit.

63 Tertia conclusio fit. Licentia ad munus arbitri, & arbitratoris non exigatur, ut religiosus creetur arbiter, vel arbitrator, potest enim ante licentiam aliquam creati, sed exigitur, ut ea munera acceptet, sicut dixi, num. 6. de officio procuratoris, & advocati, & docet Card. Clem. religiosus, num. 3. notab. 4. de procuratoribus.

64 Ex his ducitur, quid in ea questione dicendum sit, an religiosus possit esse compromissarius alicuius electionis. Quidam dicunt posse, quia est officium pietatis, nec sequitur naturam aliorum compromissorum. Sic tenent Compastellanus, et Guillelmus de Montegre, & eos refert Card. Clem. 2. quest. 20. num. 21. de rescriptis idem tenet Bonifac. ea Clem. 2. in fine explicans non desiderari licentiam superioris, siue electio sit in suo monasterio, siue in aliena Ecclesia. Alii vero dicunt exigi licentiam superioris, quod religiosus non habeat velle, aut nolle, etiam ad res pas cap. 2. de testam. in 6. Sic Lambertinus de iure patronat. lib. 2. part. 1. quest. 4. art. 7. num. 1. Sed optimè quest. 20. num. 21. dicit, si electio sit ad alienam Ecclesiam, exigi licentiam Prælati, etiam si compromissarius secundum formam e. cum expediat. de electione, in 6. ob rationem traditam, scilicet si intra proprium monasterium.

65 Sed maior difficultas est, an religiosi Franciscani integrum sit ex superioris licentia, atque utilitate monasterii munus arbitri obire, vel munus arbitratoris, cum sola ea licentia, sicut his concurrentibus ea munera licent religiois religiosus? Speculator, tit. de arbitro, et arbitratoribus, §. sequitur de quibusdam, num. 29. fratres Minores alii religiosi quod ad hoc æquiparant, & videtur consentire Angel. conf. 272. num. 5. dicens, non posse hoc absque licentia esse arbitrorum, vel arbitratoris; quare cum licentia videtur sentire id licere, quia nullibi reperitur specialiter prohibitum fratribus Franciscanis hæc munera obire. Alii autem censent omnino illis interdici hæc munera, quantumvis licentia superioris addit: sicut nec executores testamenti possunt de licentia superioris esse; puritas enim sui insinuat, & omnium secularium

rum negotiorum sabbatio, quæ ipsos prohibet mundum executorum testamenti, quod valde pium est, acceptare iuxta Clem. exco. de verbis significis, prohibet quoque munus arbitri, aut arbitratoris de cuiuscunque superioris licentia suscipere. Atque ita docent Antonius c. Quintavallis, num. 18. differentia 9. de iurjur. et ibi Alex. de Nevo, nu. 107. Decius conf. 94. num. 9. et 10. et conf. 499. num. 3. et 5. vol. 4. Alex. conf. 80. num. 1. vol. 5. Reccius conf. 40. num. 6. vol. 1. Nasta conf. 85. num. 2. vol. 1. Riminaldi junior conf. 403. num. 7. et sequentibus. Alear. de presump. reg. 3. presump. 18. num. 3. Manuel q. 9. regul. como 1. qu. 65. art. 3. et loquens de officio arbitri, tenet Bald. conf. 312. num. 2. vol. 5. Addunt tamen Ant. et Alex. de Nevo, non interdici Franciscanis agere ad partium concordiam, nullo tamen compromisso pro ipsa factio: & de officio arbitri idem tenet Antonius Blancus de compromissis in q. a. principali quest. 2. num. 4. (habetur como 3. tract. p. 1.) et Fulvius Pacianus relato usque ad Franciscanus possit esse arbitrator cum licentia superioris, manet dubius, & nil deest conf. 162. nu. 172. et 173. como 1.

66 Ceterum de officio arbitri placet posterior hæc sententia, at officium arbitratoris existimo licere Franciscanis ex superioris licentia, sicut alii religiosi licet, quod nihil contra sui instituti puritatem videtur arbitratoris officio, immo valde conforme illis sit inter partes dissidentes pacem conciliare, nec huic instituto derogat ipsas compromissum fecisse de sequendo fratris Franciscani iudicio in ea re, cum hæc omnia abique iudicii strepitu, & per quamdam prudentem, & amicabilem compositionem fiant. Atque ita ultra Speculatorem, num. præcedenti allegatum sentiunt loquentes de officio arbitratoris, Bartholomæus Socin. conf. 99. num. 6. vers. secundo, responso, vol. 3. Lanfrancus de Oriano de arbitris, p. 2. in prin. num. 6. habetur como 3. tract. parte 1.

67 Religiosi etiam Societatis JESU de nullius superioris licentia præterea Generalis, possunt esse arbitri, sicut nec executores testamenti, arbitratores autem possunt esse de cuiusvis superioris licentia, quia prius officium seculari est, & Societatis instituto alienum, posterius autem illi conforme. At munus executoris testamenti, & alia secularia, quæ puritate Societatis JESU dedecent, non possunt, ubi aliqua causa ea suscipienda adest, scilicet absque licentia Generalis, ut habetur in consir. eius p. 6. c. 3. §. 7. in declar. litera D.

68 Tandem difficultas est, an si contra prædictam prohibitionem religiosus arbiter, aut arbitrator fiat, nempe, absque licentia Prælati, sit irritum factum? Et videtur non esse irritum, quia nullus est textus irritans duplex enim textus allegatus, num. 55. ex quo colligitur hæc prohibitio non habet verbum denotans aliquam irritari, sed solam simplicem prohibitionem continens. Et cum textus e. de testam. in 6. utatur verbo (non possit) interdicens religiosi executionem testamenti, fatentur multi auctores, & tamen quam probabilis sequitur sumus c. 11. num. 4. valere executionem sine licentia superioris factam, nedum valebit in hoc casu, ubi simile verbum in textibus non est appositum, Præterea instrumentum confectum ad monacho, qui in seculo erat notarius, dixi num. 48. valere, quamvis peccet, quod non sit textus aliqui usens verbo irritandi. Et hæc partem tenet Fulvius Pacianus conf. 162. a num. 72. & ait id esse verum, num. 78. licet sit frater Franciscanus, & latissime per plures numeros probat, & citat Cornes conf. 2. nu. septimo vol. 2. Alciatum presump. et citat Cornes conf. 2. nu. conf. 235. num. 4. v. ff. que ad 4. cel. 2. Alex. de Nevo cap. Quintavallis, num. 105. different. 12. vers. sed an potest, de iurjur.

69 Sed communis sententia est, non valere arbitrium monachi absque licentia superioris præstitum ad religioso, quia æquiparatur servo, servi autem arbitrium nullum est, l. Padius 7. §. in servum, ff. de arbitris ibi; quamvis servus arbitrium nullum sit ubi Glossa verbo, nullum sit, ait; neque etiam arbitrium eius validum esse per l. illa verbo 68. ff. de verb. significis, ibi; illa verba arbitriatus Lucii Titii huius significat, et in servum non cadunt, & addit latim Glossa, vel forte ponti ibi arbitrium pro arbitrio, quod est simile iudicio, atque idem ait dicendum de monacho, quod est censet arbitrium arbitratoris esse nullum, & in priori solutione idem censet de arbitramento. Atque idem tenet loquentes tam de arbitrio, quam de arbitramento fratris Franciscani Angelus de Arcetia conf. 272. num. 5. Decius conf. 494. a num. 9. usque ad 12. et conf. 499. num. 5. vol. 4. Reccius conf. 40. num. 6. vol. 1. Alex. conf. 80. num. 1. vol. 5. Alearius de presump. reg. 3. presump. 18. num. 4. Manuel Quest. Regular. como 1. quest. 65. art. 3. Riminaldi junior conf. 403. a num. 7. vol. 4. ubi num. 9. aliiis relatis defendit idem, quando compromissum est factum in duos, quorum alter erat Franciscanus, dicit enim corruere, & loquens de arbitrio fratris Minoris tenet Baldus conf. 312. num. 1. vol. 5. et loquens de arbitrio tenet Rosendus in suis questionibus Sabbatinis q. 40. in fine, Antonius Blancus de compromissis in quest. a. principali, quest. 2. num. 4. habetur como 3. tract. p. 1. Et quamvis Doctores prædicti loquantur de fratre Franciscano, idem est de reliquis religiosis præterquam quod Franciscanis id munus esse interdicitur, quamvis superior licentiam concedat, religiosus vero conceditur ex licentia superioris, et non alius. Quare cum sublimitate prohibitionis sit eadem, & tantum in modo differat, si

sunt irrita arbitrium, & arbitramentum fratris Franciscani in casu illis prohibito, erunt quoque irrita ad alios religiosi præstita in casu non sibi permisso. Atque ita circa valorem executionis testamenti eodem proflus modo loquentur Doctores de fratibus Franciscanis, & de quibusvis aliis religiosi, quando in casu prohibito ad utriusque sit, ut dixi c. 11. num. 44.

70 Ceterum hæc in re primò, existimo valere arbitramentum à quocunque religioso, etiam Franciscano, præstitum absque licentia superioris. Ducor, quia servus hoc arbitramentum præstare potest, ut docet Glossa d. §. in servum verbo, nullum sit in 2. solutione, et ibi Baldus ad finem, quia est res mere facti quod bene cadit in servum. Sed cum factum in sententia de stipulatione servorum. Et ideo nulla est ratio, qua probetur tale arbitramentum non valere: quamvis peccet religiosus sic arbitrando absque superioris licentia. Atque ita docent Antonius c. Quintavallis nu. 18. differentia 9. de iurjur. Cornes conf. 2. nu. 7. vol. 2.

71 Secundo, existimo arbitrium religiosi absque licentia superioris præstitum, vel Franciscani etiam cum licentia, esse nullum, ut docent auctores nu. 69. legati.

72 Tertio, si sola utilitas monasterii debeat, existimo arbitrium esse validum, sicut numero quadragesimo dixi, quando religiosus constituitur procurator ex licentia superioris absque monasterii utilitate; quamvis enim peccet superior eam licentiam concedendo, nullo tamen iure irritatur factum.

73 Tandem, si creatus à partibus arbiter ingrediatur religionem, & ante professionem non tulerit sententiam non posse valide etiam de licentia superioris arbitrium proferre: quia sicut morte finitur potestas arbitrandi à partibus sibi concessa, ita etiam professione. Et ita Greg. Lopez, l. 28. verbo ordo, tit. 4. p. 3. ait in iuri ea lege, quamvis restituerit Albiacum l. non distinguemus, §. sacerdoti num. 9. ff. de arbitris, dicentem contrarium. Sed meo iudicio ea lex id non innotuit, sed clarè dicit, numerata enim professione arbitri inter alios eventus concludit sic. Por quatuor defensas razones se deserta el poderio, que ellos aviam de juzgar. Et Albericus eo num. 9. expressè est huius sententia: dicit enim finiri compromissum professione arbitrorum, sicut ipsorum morte.

SUMMARIUM.

Simplex religiosus non potest esse delegatus Pontifici, aut ejus legati, num. 74. Nec religiosus Prælati claustralis, id est, qui in monasterio habet alium superiorum, num. 75. Non potest legatus Pontifici efficere hoc religiosus capace hujus delegationis, nu. 76. An possit esse delegatus Episcopi religiosi? nu. 77. Quid de Prælati monasterii nullius superiorum habentibus in eo, et si sint ad nutum superioris amovibiles? nu. 78. An si Prælati possint esse iudices conservatores? nu. 79. An exigatur ad hoc utilitas monasterii? nu. 80. Quid de superioribus religionis Minorum? nu. 81. Quid de superioribus Societatis JESU? nu. 82. An religiosi canonici Ecclesie cathedralis regularis sint capaces hujus delegationis, vel si ex dispensatione sint canonici Ecclesie cathedralis? nu. 83. Poss. num. 83. invenies summariam, qua desideratur.

74 Quartò, videndum est, an religiosus possit esse delegatus. Prima conclusio. Si religiosus Prælati non sit, sed simplex religiosus, manifestum est, euss non posse delegatum esse ad litteras Pontificis, vel ejus legati exequendas nisi ex certa scientia à Pontifice designetur. Constat ex c. statutum, in principio de rescriptis, in 6. ubi deciditur, neminem posse ad litteras Pontificis, vel ejus legati exequendas delegari, nisi sit persona in dignitate constituta: at simplex religiosus non dicitur in dignitate constitutus. Item constat ex eo quod deciditur Clem. 2. de rescriptis, in fine, quod numero sequenti referam: atque docent Glossa finalis ea Clem. 2. et ibi Abbas num. 12. Card. num. 2. appol. 3. Imola num. 35. Bonifac. nu. 43. Sylvest. q. 2. nu. 3. et ibi Angel. nu. 3. Refulla verbo delegare nu. 11. Navar. comment. 2. ad fin. de regularibus.

75 Immo religiosus qui alicuius in monasterio superioritatem obtinet, si in eodem monasterio superiore alium habeat, non potest esse hujusmodi delegatus: quia talis non dicitur in dignitate constitutus. Constat ex Clem. 2. fin. de rescriptis, ubi deciditur, Priorem claustralem non posse esse hujusmodi delegatum; secus de Priori conventuali. Ubi Abbas num. 6. et Anchar. num. 9. eam tradunt rationem, quod claustralis non sit in principali superior monasterii, sed præsit claustru, habeatque in eodem monasterio Prælatum alium sibi superiorem. Et sic docent Refulla, Angel. Sylv. numero præcedenti allegati, Manuel Quest. Regul. tom. 1. quest. 65. art. 3.

76 Nec potest legatus Pontificis efficere hujusmodi religiosi capace prædictæ delegationis, quia nequit in lege Pontificia id interdici, utopote quæ superioris est, dispensare. Atque ita docent Glossa finalis Clem. 2. de rescriptis, et ibi Abbas in fine, Card. num. 2. appol. 3. Imola numero 35. Bonifac. num. 45.



77 Possunt tamen hujusmodi religiosi esse delegati Episcopi, quia ad id non petitur, ut in dignitate aliqua constituti sint, sed textus de constitutis de solis delegatis Pontificis, vel ejus legati loquitur; et docent Cardinalis et Clement. 2. q. 18. in fine q. 16. et ibi Anchar. in q. 9. id etiam probatur ex his, quos dicimus num. 93. ubi probavimus posse esse vicarios Episcopi de licentia tamen Abbatis.

78 Secunda conclusio. superiores monasterii, qui in illo nullam superiorem habent, possunt esse delegati ad litteras Pontificis, vel ejus legati exequendas. Probatur ex c. statutum, in principio, de respectu in 6. ubi dicitur, posse esse hujusmodi delegatos, qui in dignitate constituti, ut conlat ex c. nisi essent, de prebend. ibi; non dignitas Prioratus, sed persona Prioris maneat operaria. Quem textum ad hoc probandum ibi ponderat Joan. Andr. nota 4. Anton. num. 14. Card. num. 3. in 6. Et ratio est, quia hi Prælati habent preeminentiam cum administratione, & jurisdictionem in utroque foro in suo monasterio. Item est expressè decium Clem. 2. de respectu, ubi dicitur, Priorem conventualem esse capax hujus delegationis, fecus de Priori claustrali. Cujus rationem reddit num. 75. quod ille sit capax monasterii nulli alii subditum, hic autem subdit principali superiori. Atque ita docent Glossa et Clement. 2. verbo per electionem et ibi Abbas num. 6. Card. num. 1. opposit. 1. num. 16. quest. 13. Anchar. num. 1. Imola num. 21. Item Abbas c. cum olim, et statim in prin. de major. et obedientia, et c. causam qua, n. 9. de iudicis. Felin. eo c. cum olim num. 1. et c. insuper, paulo post principium, de testibus. Francus dicit c. statutum, in principio num. 4. et c. nullus num. 2. de elect. in 6. ubi Dominicus num. 6. Tolon. rabr. de officio ejus nu. penultimo. Rosella verbo delegare num. 11. et verbo religio 1. num. 5. Angelus verbo delegatus num. 3. Sylvius ibi, quest. 2. num. 3. et verbo religio 6. q. 11. Stephanus de litteris gratie, tit. de forma imperandi. et perantio nunc ad dignitates, tit. de forma imperandi. et de nullitate, ubi de nullitate et defectu jurisdictionis delegatorum, num. 8. habetur num. 4. et 5. Manuel qq. regul. romo 1. q. 65. art. 7. Nec refert, Prælatos hos ad tempus constiti posse ad superioris nutum revocari, quia etiam Vicarius generalis Episcopi potest ad nutum ejus revocari; ut expressè habetur ea. Clem. 2. atque ita docent Glossa, Cardin. Imola, Anchar. proxime allegati, Abbas eo. c. causam nu. 6. Rosella verbo delegare num. 11. Angel. verbo delegatus num. 3. et ibi Sylv. quest. 2. num. 3.

79 Sed specialis difficultas est, an hujusmodi religionum Prælati possint eligi in Judices conservatores. Rationem dubitandi nobis offert textus c. fin. statim in principio, de officio delegati in 6. ubi dicitur, non posse esse conservatores nisi Episcopos, vel eorum superiores, aut Abbates, vel dignitates obtinentes. Sub quibus verbis videtur clarè non comprehendì Prælati religionum, cum etiam in dignitate constituti sint, non tamen in Ecclesia cathedrali, vel collegiata. At Imola Clem. 2. num. 30. de respectu, et ibi Bonifac. n. 37. afferunt posse esse conservatores, et comprehendì sub habente dignitatem in Ecclesia collegiata, quamvis referant Antonium tepere contrarium, et in ea sententia jure optimo; quia valde improprè, ne dicam nullatenus, potest dici monasterium Ecclesia collegiata. At hac difficultate non liberant privilegia religionum: nam in Societate JESU concessit Gregor. XIII. in Bulla edita anno 1577. quam etiam refert Manuel Quæst. regular. tom. 1. q. 65. art. 3. ut possent in conservatores eligere quoscunque personas in dignitate constitutas, et vicarios generales Episcoporum, et canonicos Ecclesiarum cathedralium, quo privilegio gaudent omnes alii Mendicantes, & qui eorum privilegia participant. Et ita Manuel ibi sustinet, hos Prælatos posse esse Judices conservatores, quia sunt verè in dignitate constituti, ut probavimus num. 74.

80 Sed fortiter prædictis obstat c. monachi et 2. 16. q. 1. et c. 2. de postulando, ex quibus textibus probavimus n. 55. exigì utilitatem monasterii ad quæcumque officia judicialia à monacho suscipienda, ultra superioris licentiam; et num. 58. probavimus, in superiore religionis non exigì licentiam, exigì tamen, ut eam delegationem acceptare valeat, eam deinde in sui monasterii utilitatem. Quod si dicitur in Clem. 2. de respectu, docitum esse, superioris monasteriorum posse hac delegatione fungi, et tamen ibi nulla fit mentio utilitatis monasterii propositi, non obstat id, quia etiam Clem. respectu, de procuratoribus, dicitur non posse esse religionum procuratorem absque sui superioris licentia. Et tamen superius dicitur per c. 2. de postulando, dummodo concurrat utilitas monasterii, ut diximus num. 3. Sic ergo Clem. illa 2. tantum decidit, hos esse capaces ex parte dignitatis requiritæ, non autem decidit id sufficere, ut licet exerceant. At in contrarium sunt Doctores allegati num. præced. qui absolute dixerunt eos posse esse hujusmodi delegatos, nec utilitatis monasterii meminere; et praxi receptum est, ut hi eligantur in conservatores ad tuendum aliud monasterium, cum tamen in eo non videatur verti utilitas proprii. Potest ergo dici, satis verè utilitatem monasterii; si enim omnes hi Prælati possint esse delegati Pontificis, & conservatores, maxima erit utilitas omnium monasteriorum, cum passim indigent omnia monasteria electione Judicis conservantis; et hi religiosi ita electi melius causis mona-

steriorum prospiciant; et facilius expediant negotia, sepe enim in eo oppido non erit Ecclesia cathedralis, sed valde distabit, ut eligantur ejus canonicis, aut aliar quibus dignitates in conservatores, sepe sitigim erit cum ipsa Ecclesia, vel ejus Episcopo, & non admittere audebunt delegationem. Atque proinde jure optimo Doctores prædicti non meminere hujus utilitatis, quia supponentes hanc maximam omnium monasteriorum utilitatem cedere.

81 Rursus est difficultas, an hucusque dicta de potestate exequendi delegationes Pontificis, vel legati, quam diximus habere Prælatos regulares, extendenda quoque sit ad Guardianos, & reliquos superiores ordinis Minorum? Doctores extendunt prædicta, ut possint quoque hi superiores esse Judices delegati ad exequendas litteras Pontificis, vel ejus legati, sicut possunt esse superiores aliarum religionum. Sic Dominicus c. nullus num. 6. de electione, in 6. et ibi Francus num. 2. et c. statutum, in principio num. 4. de respectu, eod. lib. Felinus c. cum olim num. 1. de majoritate, et obedientia. Jansen. rub. de officio ejus num. penult. Angelus verb. delegatus n. 3. et ibi Sylv. quest. 2. num. 3. et verbo religio 6. quest. 11. Rosella verbo religio 1. num. 5. et verbo delegare num. 11. Stephanus de litteris gratie, tit. de forma imperandi. et perantio nunc ad dignitates, ad num. 8. usque ad 11. Fulvius Pacianus conf. 162. num. 163. romo 1. Varius de nullitate, ubi de nullitate et defectu jurisdictionis delegatorum, num. 8. habetur romo 4. tractat. Manuel tom. 1. Quest. regul. quest. 65. art. 3. ad fin. dicit multos expositores regulæ D. Francisci id afferere, quamvis ipse in contrariam partem inclinet, non audens eam affirmare, propter auctoritatem contrariam assertentium. Diciturque, quia et hi sint in dignitate constituti, repugnat hoc minus eorum insitutum, iuxta ea quæ dixi num. 64. et concludit in fine illius articuli, iuxta ea quæ dixi sui ordinis constitutione generalis interdictum illis esse has delegationes, & conservatores acceptare. Et ego quidem fecula ea constitutiones idem assererem, nempe, eis non licere; nisi in contrariam partem auctoritas tot Doctorum traheret. At constitutio illa difficultatem dirimit. Quare dicendum est nullo modo licere.

82 Similiter id non licet superioribus Societatis JESU absque licentia Generalis, juxta ea quæ diximus numero 74. ubi retulimus constitutionem interdicentem nostris acceptare absque licentia Generalis officium executoris testamenti, & quæcumque alia, quæ puritati nostræ instituti non conveniant, atque illius causâ offensivos esse possent.

83 Tandem difficultas est, an religiosi canonici Ecclesie cathedralis regularis sint capaces, et sint delegati ad exequendas litteras Pontificis, vel ejus legati, que à personis in dignitate constitutis, vel canonicis Ecclesie cathedralis sunt necessario exequenda; juxta c. statutum, in principio de respectu, in 6. Id negant Archidiaconi ibi. num. 1. in fine, Joan. Andr. statim in principio, Anchar. n. 4. quest. 2. Francus in principio, num. 5. et ibi Dominicus num. 3. Felinus ulto allegans, & latissime probans cap. causam que num. 4. de iudic. Sed melius Abbas dicto cap. causam que num. 9. de iudicis affirmat, quia sicut appellatio habentium dignitates veniunt in eo textu Prælati regulares, ut probavimus num. 70. ita appellatio canonicorum Ecclesie cathedralis debent venire monachi Ecclesie cathedralis regularis, quid tunc canonici? nec ratione religionis debet esse eorum conditio deterior, et eo maxime quod non tractetur de odio, immo potius de favore, ut facile mandata Pontificia executioni mandentur. Sed quid hi monachi ex legitima dispensatione sit canonicis Ecclesie cathedralis secularis? Felinus eo. cap. causam que num. 5. et Riminaldus junior eod. num. 69. negant posse esse delegatos. Duceunt, quia impeditur vita contemplativa monachi de officio. Rursus, cum dispensatio fit stricti juris, non extenditur nisi ad necessarium connexa. Sed jure optimo hoc reprobat, dicens posse esse. Cambara de auct. delegati à latere lib. 8. cap. ultimo à num. 31. usque ad 34. Quia esse religiosum, non est impedimentum ad hanc delegationem exercendam, quæ religio sit hoc interdictum, alias nequirent superiores religionis id munus exercere. Et ideo non est opus speciali dispensatione, aut dispensationis extensione ad hoc munus obendum. Sed ideo simplex religiosus nequit esse hujusmodi delegatus, quod non habeat dignitatem petitam ad id munus: quare posita legitima dispensationis canonice dignitas sufficienti ad hoc, sit eo ipso capax hujusdelegationis.

SUMMARIUM.

Quid sit officium assessoris, et an habeat jurisdictionem aliquam, vel ipse ferat sententiam? num. 84.  
An religiosus possit esse assessor Judicis, et requiratur ad id utilitas monasterii, et licentia? num. 85.  
Quid de Franciscanis, et religiosis Societatis JESU? num. 86.  
An valent gesta religiosi assessoris absque legitima licentia? numero 87.  
An possit religiosus esse vicarius Episcopi, et ibi remissio, an conditor Episcopi, aut beneficiarii? num. 88.  
An ad hoc exigatur licentia Abbatis? num. 89.  
Quid sit Prælati, à quo obtinenda est hac licentia? referuntur varie sententia num. 90.

Expli.

Explicitur sententia auctoris num. 91.  
An exigatur utilitas monasterii? num. 92.  
An fratres mendicantes possint esse vicarii Episcopi? num. 93.  
Quid de fratribus Minoribus? num. 94.  
Quid de religiosis Societatis JESU? num. 95.  
An teneant gesta per religiosum constitutum vicarium absque licentia superioris legitime? referuntur quædam sententia numero 96.

Explicitur sententia auctoris, num. 97.  
An religiosus possit esse cubicularius Episcopi, vel alterius Principis? num. 98.  
An exigatur ad hoc licentia Prælati, sive religiosus sit exemptus, sive non? num. 99.  
An religiosus possit esse testes judiciales, aut in instrumentis, vel testamento? num. 100.  
Et quid de Franciscanis? num. 101.

An idem sit, si testamento aliqui reliquatur monasterio illius religiosi testamento? num. 102.  
An exigatur superioris licentia ad testificandum in iudicio? numero 103.  
Quid de religiosis Societatis JESU? num. 104.  
An exigatur licentia superioris, ut religiosus sit testis in aliquo instrumentis, aut testamento? referuntur quædam sententia, numero 105.

Sententia auctoris, num. 106.  
An deservimus religiosi testificantem in iudicio, sine licentia superioris, valeat? referuntur quædam sententia num. 107.  
Sententia auctoris, num. 108.  
Quid si religiosus ille sponte deponat? num. 109.  
Quid si pars defectum licentia ad testificandum opposuerit? numero 110.

84 Ultimo videndum est, an religiosi possint esse assessores Judicis, aut vicarii, & cubicularii Episcoporum, & testes? Et præmittendum est, quis dicitur assessor Azor. summ. tit. de assessoribus num. 1. sic definit; Assessor est, qui cum eo, cui data est iudicandi potestas, rogatur, ut sibi in cognitione causæ assistat, ut cum debitor sine causam decidere instruat. Et assessor quidem non habet aliquam jurisdictionem: unde non ipse, sed potestates ferunt sententiam. Sic Glossa l. 1. in fine ff. de officio assessorum et ibi Dav. num. 3. Tolon. num. 26. Gregor. Lopez. p. 3. tit. 21. in summa, verbo confessor.

85 Prima conclusio sit. Religiosus potest esse assessor Judicis et Prælati licentia. Sic docet Lambertinus de iure patronatus libro 2. parte 1. quest. 4. art. 7. num. 1. Sed an requiratur utilitas monasterii, videtur non requiri, quia verè non est iudex, nec ipse sententiam fert, ut dixi numero præcedenti. Sed credo requiri quoque utilitatem monasterii, quia is adus ad sententiam iudicalem pertinet, & assessor eam ordinat, illicque subscribit, licet non tanquam iudex eam ferens, sed tanquam assessor, & confilior. At cap. monachi et 2. 16. quest. 1. et cap. 2. de postulando, ad muner. judicialia exigunt licentia Abbatis, & utilitas monasterii.

86 Fratres autem Franciscanos existimo non posse esse assessores, etiam de licentia superioris, ob ea, quæ dixi numero 55. Nec religiosi Societatis JESU poterunt eo munere fungi absque licentia Generalis ob ea, quæ dixi num. 66. & 67.

87 Si tamen religiosus eo munere fungeretur sine licentia superioris, credo valere sententiam, quod non feratur ab ipso religioso, sed fe habeat in illa tanquam consultor, ut dixi num. 84.

88 Secunda conclusio. Potest religiosus esse vicarius Episcopi, quia nullibi id interdicatur. Atque ita tradunt Abbas cap. finali num. 4. de clericis agro Car. Clem. 2. num. 17. quest. 16. de respectu, et ibi Imola num. 25. Anchar. num. 29. Rebuffus proxi beneficiis tit. de vicariis Episcoporum num. 30. Navarr. com. 2. de regal. ad finem, vers. addo 15. et com. 4. num. 15. versio. 9. et lib. 3. conf. tit. de regular. in 1. editione conf. 65. num. 3. in 2. conf. 74. num. 3. Mandosius de signatura grat. verb. licentia, ver. monach. licentia Antonius Cuccus lib. 2. in fin. moral. tit. 8. num. 56. Manu 3. qq. regul. tom. 2. quest. 76. art. ultimo, & alii, quos refert, & sequitur Sbrozus de vicario Episcopi lib. 1. quest. 40. per totam. Cæterum hæc limitatio intelligenda est iuxta textum prioris illa allegatum, qui quidem textus non de mendicantibus universitatem loquitur, sed de solis mendicantibus tractantibus etiam de licentia Pontificis ad aliam religionem: illis enim interdicitur vicariatus Episcopi, & alia officia, ut dixi num. 88. in fine. Quare optime dicit Navarr. comen. 2. de regular. num. 15. vers. 9. hos quoque translatos posse esse vicarios Episcopi, nisi obtulerit decisio illius Clementine. Quare mendicantes, demptis Minoribus (de quibus nu. seq.) non translati, sed in sua religione perseverantes, nullo jure arcantur ab officio vicarii Episcopi obduendo de licentia suorum superiorum.

89 Quodam hoc extendunt, quamvis non interveniat licentia sui Abbatis. Sic Cardinalis Alexand. quem ceteri, & sequitur Antonius Cuccus nu. præced. a legatus. Sed id nullo modo credo, & ideo jure optimo exigì licentiam Prælati tradunt Cardinalis, Imola, Rebuffus, Manuel, Emmanuel 88. Azor. non præced. allegati & multi alii, quos refert, & sequitur Sbrozus eodem q. 38. num. 10. quia monachus non habet velle, aut nolles, cap. 2. de testam. in 6. Insuper c. monachi, et 2. 16. quest. 1. et cap. 2. de postulando, interdicitur monachus quodcumque officium ad iudicia pertinetes absque licentia Prælati, ut explicui num. 55. At vicarius Episcopi est hujusmodi idque hodie constat ex Trident. sess. 23. c. 4. de regularibus, ubi interdicitur, regulares absque superioris licentia, non obtulente quocumque privilegio, subdi obsequio alicujus Prælati, Principis, vel Communitatis, aut Universalitatis, præterit prædicationis, vel lectionis, aut cujuscumque pii operis. At prior sententia erit tantum vera, quando religiosus non esset exemptus; tunc enim cum subdit Episcopo, non est necessaria licentia Abbatis, sed ab Episcopo tanquam superiori poterit ad id officium assumi. Et ita bene limitat Navarrus comen. 2. de regularibus, ad fin. vers. addo 15. dicens exigì licentiam Abbatis, si religiosus sit exemptus.

90 Sed difficultas est, quis sit Prælati hic, à quo obtinenda est hæc licentia. Manuel allegatus num. 88. relato Mandosio, quem eodem num. 88. allegavi, ait hunc Prælatum esse solum Generalem, aut Provincialem. Sed Mandosius id non explicat; sed tantum ait, non fat esse licentiam Episcopi, & Abbatis; diciturque, quia religiosus interdicitur officium procuratoris exercere Clem. religiosus, de procurator. Alii dicunt, si monachus non sit exemptus, exigì licentiam Abbatis, & Episcopi simul. Quod si dicerent, dicitur præferendum Abbati, impleque potius obediendum. Sic Cardin. Clem. 2. num. 17. qu. 16. de respectu. Sbrozus lib. 1. de vicario Episcopi q. 38. num. 11. et 12. et consentit Imola eod. Clem. 2. num. 25. dicens non fat esse licentiam Episcopi, si dicerent Abbas; quamvis non explicat, an loquatur, quando monachus non est exemptus.

91 Sed dicendum est, sufficere licentiam immediati Prælati conventus; quod aperte colligitur ex religio auctoribus citatis num. 89. quia absolute dicunt, exigì licentiam Prælati. At Prælati immediatus est verè Prælati, Præterea, quia ut religiosus possit fungi officio procuratoris advocati, arbitri, que ipse jurinterdicatur, sufficit licentia immediatorum Prælatorum, ut probavimus num. 8. et num. 56. Et ideo dixi num. 18. et num. 58. posse immediatos Prælatos absque licentia ea munera obire. Quod si monachus esset exemptus, nullo modo exigeretur, nec sufficeret licentia Episcopi, quia exemptorum Episcopos non est superior. Si autem monachus non esset exemptus, sufficeret licentia, vel solius immediati Prælati, vel totius Episcopi, quia uterque est legitimus ejus superior; et utroque discordantes potius Episcopo obediendum esset tanquam superiori utriusque, ut agentes de officio cubicularii Episcopi diceamus infra num. 99.

92 Major difficultas est, an exigatur quoque utilitas monasterii: nam cap. monachi et 2. 16. q. 1. et c. 2. de postulando, ad quæcumque officia judicialia exigunt licentiam Prælati, et utilitatem monasterii; ut probavimus numero 3. et ita censendo dicendum. At satis veritatem utilitas monasterii intervenit Episcopo; & ideo illa utilitas non requiritur, ut agentes de officio cubicularii Episcopi diceamus numero 93.

93 Sed prædictam conclusionem limitant quidem, ut intelligatur de religiosis non mendicantibus; mendicantes autem dicunt non posse esse vicarios Episcopi de licentia superioris, & probant Clem. 1. §. ad Prioratus, de regularibus. Atque ita docent Imola cap. finali num. 8. de clericis agro Rebuffus proxi beneficiis tit. de vicariis Episcoporum num. 32. Antonius Cuccus lib. 2. in fin. moral. tit. 8. num. 56. Manu 3. qq. regul. tom. 2. quest. 76. art. ultimo, & alii, quos refert, & sequitur Sbrozus de vicario Episcopi lib. 1. quest. 40. per totam. Cæterum hæc limitatio intelligenda est iuxta textum prioris illa allegatum, qui quidem textus non de mendicantibus universitatem loquitur, sed de solis mendicantibus tractantibus etiam de licentia Pontificis ad aliam religionem: illis enim interdicitur vicariatus Episcopi, & alia officia, ut dixi num. 88. in fine. Quare optime dicit Navarr. comen. 2. de regular. num. 15. vers. 9. hos quoque translatos posse esse vicarios Episcopi, nisi obtulerit decisio illius Clementine. Quare mendicantes, demptis Minoribus (de quibus nu. seq.) non translati, sed in sua religione perseverantes, nullo jure arcantur ab officio vicarii Episcopi obduendo de licentia suorum superiorum.

94 Fratres autem Minores nullo pacto possunt esse vicarii Episcoporum, ob rationem, quam tradidimus n. 86. & bene probat alios allegans Sbrozus de vicario Episcopi libro 1. quest. 38. num. 5.

95 Religiosi autem Societatis JESU non possunt ad id officium assumi, nisi de licentia Prælati Generalis, ob rationem, quam tradidi eodem num. 86.

96 Tandem contra hæc conclusionem difficultas est, an si religiosus constituitur vicarius Episcopi absque licentia legitima superioris, teneant fida, quæ gesserit? Hanc questionem disputat Sbrozus de vicario Episcopi lib. 1. quest. 39. & refert sententiam, quæ videtur tenere gesta esse irrita; at ipse



ipse ad num. 4. aliis relatis dicit veriorum esse sententiam...

97 Ceterum hec ratio tantum probat hanc partem, in quo adesse communis error cum eo titulo premissum...

98 Tertio conclusio. Religiosus potest esse cubicularius Episcopi...

99 Hoc tamen intelligendum est, quando religiosus esset exemptus...

100 Quarta conclusio. Religiosi possunt esse testes, tam iudiciales...

101 Quod quidem verum est, etiam si fratres Franciscani sint...

102 Præterea illud verum est, etiam si in testamento illo aliquid relinqueret monasterio religioso...

vestes consecrarentur. Quod in priori casu fit solius communitatis utilitas...

103 Sed duplex oritur difficultas. Prior est, an exigatur superioris licentia, ut religiosus testificetur...

104 Atque etiam religiosi Societatis JESU possunt testificari de licentia suorum superiorum...

105 Sed difficultatis punctus hoc pertinet, an ut religiosi sint testes instrumentarii...

106 Ceterum multo verius est, nullam exigi superioris licentiam, ut monachus testis instrumentarius sit...

107 Posterior difficultas est, an si religiosus testificetur abique superioris licentia...

108 Sed verius est, id testimonium valere, quia nullibi irritatur & potius interpretanda est res, ut valeat, quam ut pereat...

109 Quidam temperant, si religiosus ille sponte deponat, secus si coactus...

110 Alii temperant, nisi pars defectum licentia ad testificandum opposuisset...

CAPUT XIV.

De aliis rebus extrajudicialibus religioso interdicitis.

SUMMARIUM.

Religiosus nequit eligere sepulcrum, & quando factum tempore subabili, reatum ad tempus habile non valeat...

An si religiosus moriatur extra monasterium, possit eligere sepulcrum? referat quædam sententia, num. 2.

Quid si moriatur non ecclesia sepultura, & ibi sit aliud monasterium sui ordinis? num. 4.

An monasterium teneatur expensas funeris solvere? & quid si habeat beneficium ibi? num. 5.

An Abbas possit pro religioso eligere sepulcrum? num. 6.

An ipse Prælati religiosi possit eligere sepulcrum? num. 7.

Quid si Prælati eligere sepulcrum, & postea decedere finita prælatura? num. 8.

Quid de monacho, qui præest Prioratu manuali? num. 9.

An novitius possit eligere sepulcrum? num. 10.

Quid si novitius moriatur abique sepultura, electione ubi, quid si novitius ille esset in proposito redeundi ad seculum? num. 11.

Quibus expensis sepeliendi sint novitii? num. 12.

An teneatur monasterium expensas ab alio factas in funere novitii solvere? num. 13.

Quid dicendum si novitius ille patrimonio careat, cum tamen parentes ejus sint divites? num. 14.

Idem num. 14. invenies alia summaria.

1 PRIMO interdicitur religiosi eligere sepulcrum, ut constat ex c. fin. de sepulchris, in 6. ibi religiosi, nisi a proprio monasterio adeo festinatio remota, quod ad ea, cum moriatur, commode portari non possint, nequeunt...

2 Difficultas autem specialis est, an quando religiosus moriatur ita remotè à monasterio, ut ad illud commode portari nequeat...

3 Ceterum verius est posse tunc eligere sepulcrum, quia intellectus contrarie sententia torqueat nimis textum, qui priori regulae negativæ, ne monachus liceat eligere sepulcrum, adject exceptionem illam, nisi longe à monasterio moriatur...

4 Quod si Prælati hic eligere sepulcrum, & postea decederet finita prælatura non esset sepeliendus in loco electo, sed in suo monasterio, quia inspicitur tempus mortis ad habitamentum eligendæ sepulture discernendum...

5 Similiter monachus, qui præest Prioratu manuali, potest sepeliri in monasterio, vel Prioratu illo, juxta illi abbatibus voluntatem, quia censetur monachus illius monasterii, vel Prioratus, juxta c. 1. de privilegiis in 6. Sic docent Francus c. finali n. 2. de sepulchris in 6. Manuel num. præced. allegatus...

excessibus Prælatorum, ubi tamquam iniquam arguit consuetudinem clericorum, qui religiosorum decedentium extra sua monasteria electo sepulchro corpora ad sua monasteria deferri cogunt...

4 Quod si moriatur ita remotus à monasterio non electa sepultura, aut tenendo non posse eligere, sepeliendus est in Ecclesia parochiali, in qua decessit, inlatæ secularium in itinere morientium...

5 Tenebiturque monasterium expensas factas in ejus monachi sepultura solvere, quia tenebatur suis expensis illum sepelire, sicut qui decessit in sepulchro, potest expensas ab hærede petere...

6 Utrum autem possit Abbas pro religioso eligere sepulcrum, affirmat Manuel q. regular. tomo 3. q. 60. art. 1. Dicitur, quod pater possit eligere pro filio impubere sepulcrum ratione patriæ potestatis...

7 Rursum difficultas est, an ipse religiosus Prælati possit sibi eligere sepulcrum? Quidam negant, id solum concedentes supremo religionis Prælati, qui est Generalis, quod in aliis militet ratio dicti cap. finali, cum non habeat vellet, aut nolle...

8 Quod si Prælati hic eligere sepulcrum, & postea decederet finita prælatura non esset sepeliendus in loco electo, sed in suo monasterio, quia inspicitur tempus mortis ad habitamentum eligendæ sepulture discernendum...

9 Similiter monachus, qui præest Prioratu manuali, potest sepeliri in monasterio, vel Prioratu illo, juxta illi abbatibus voluntatem, quia censetur monachus illius monasterii, vel Prioratus, juxta c. 1. de privilegiis in 6. Sic docent Francus c. finali n. 2. de sepulchris in 6. Manuel num. præced. allegatus...

10 Tandem novitius potest eligere sepulcrum, quia dicitur c. finali, solis religiosi hanc electionem interdicit, novitius autem non est verus religiosus, maxime in odiosis, item, quia hi habent vellet, & nolle...

11 Sed duplex restat circa hoc novitios difficultas. Prior est, ubi sint sepeliendi decedentes abique sepultura electione. Quidam dicunt sepeliendus esse in Ecclesia, in qua, si fuerint seculares, essent sepeliendi, quia non sunt verè religiosi...